



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

I. Fauore religionis admittitur, qui alias non admitteretur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO CHRISTI 1179. constituti, consueuerunt admitti: dummodo tales sint,  
qui infra breve tempus subdiaconatum, vel diaconatum  
recipere possint.

DE DEPOSITIONE CLERICORVM, PARS XXVI.  
ET DISPOSITIONE CIRCA EOS DEM.

CAP. I.

**E**x literarum tuarum tenore perpendimus, quod quidam longa ægritudine confectus, cepit consilium a fortilegis mulieribus, quod si sanari vellet, se permitteret iterum baptizari. Qui insano credens consilio, ut sanatur, iniuriam fecit per iterationem sacramento. Adstitit autem huic sacrilegio adolescens bona, ut videtur, indolis acolytus, frater carnalis illius, in quo baptismus afferitur iteratus, & ministerium exhibuit in respondendo presbytero baptizanti, & cooperator extitit rei nefandæ. Quia ergo nos tua duxit prudentia consulendos, qualiter puniri debeat vel purgari acolytus quem minor ætas & intentio fraternalis salutis corporeæ aliquantulum excusare videatur: dilectioni tuae præsentibus literis respondemus, quod quamuis non multum videatur propterea plectendus, ad superiores tamen ordines promoueri, si publicum est quod proponitur, non valebit, nisi ad religionem transire voluerit, ut fauore illius religionis circa eum debeat dispensari. Si vero occultum est, promoueri poterit, & excessum suum dignis poenitentia fructibus expiare.

CAP. II.

*Idem abbatи & fratribus Trium fontium.*

\*frater-  
nitas  
\*f. qui  
Consuluit nos tua \* deuotio super quodam confratre vestro, \* quod cum esset in sæculo, & quinque solidos pro ordinatione dedisset, statim postquam delicti quantitatem cognouit, poenitentia ductus religioni se contulit. Nos igitur quæstioni vestræ satisfacere cupientes, vobis præsentibus literis significamus, quod ordine suscepto carere meruit, nec ad superiores promoueri potest. Verum tamen in ordinibus quos prius suscepit, Domino poterit deseruire.